

Ibi, Sino por las razones. De quibus in præcedente gloss.

Ibi, Como manda la ley. De qua in præcedentibus glossis.

## IN LEGEM OCTAVAM

Quæ erat 69. Tauri.

Donatio omnium bonorum etiam presentium tantum non valet, neque fieri potest.

## SUMMARIUM.

- 1 Verbum, potest, præcedente negativa inducit impossibilitatem & nullitatem actus contrarii.
- 2 Donatio omnium bonorum nullius est momenti, cum ampliacionibus, & limitacionibus, & ibi quid in donacione causa mortis, & quid si per viam majoris, vel cum pena si revocetur.
- 3 Donatio apposta in penam mutationis testamenti nil valet.
- 4 Juramentis confirmatur donatio omnium bonorum, ubi novissime eam autor declarat, & advertentia ponit.
- 5 Donatio bonorum futurorum valida est.
- 6 Donatio omnium bonorum facta propter dotem an valeat, ubi si Ecclesia vel alteri pio loco, & ibi declaratur id de dote.
- 7 Contractus onerosus factus super omnibus bonis ut venditio valet.
- 8 Donatarius omnium bonorum an tenebitur respondere creditoribus.

**I**bi, Ninguno puede, Negativa hæc & adjecta ante verbum potest necessitatem inducit, & reddit actum impossibilem & nullius momenti, si contra legis talis dispositionem fiat, imo neque tali legi renunciari potest, ut diximus in l. 1. glossa. 1. titulo 3. supra isto libro. Aded ut & si donator hic sit extra regnum tempore donacionis, teneatur legem nostram servare ut per Pelæz de majoribus, part. 1. q. 58. n. 36. cum sequentibus.

Ibi, De todos sus bienes, Hic constituo pro legis hujus declaratione regulam, scilicet, donacionem omnium bonorum nullius esse momenti, cujus rationem assignant hic DD. & Covar. 2. part. Rub. de testam. num. 4. quia prorsus avertit facultatem testandi, & sic est contra bonos mores. Quam conclusionem amplia primo ex text. nostro, etiam si presentium tantum bonorum fiat, & in hoc lex nostra jus novum constituit, nam ex jure civili ut apparet ex dictis per Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 6. ff. de verbo. oblig. presentia tantum bona poterat quis donare, prout & ex l. 7. tit. de las donaciones libro 3. Fori, disponebatur, imo quamvis feret universalis donatio omnium bonorum valebat, quia intelligebatur de presentibus, prout communem testabatur Jas. consil. 5. volum 3. relatus per Villalobos, in Arario, mille com. opin. littera D. nu. 165. & Bellon. consil. 5. num. 1. cum pluribus sequentibus, & Juli. Clar. libro 3. senten. §. donatio. quest. 19. & Berol. in questio. famuli. 20. num. 1. cum sequentibus. eo quod tunc ex bonis & lucris post donacionem quæsitis testari talis donator poterat. Ex

quo ipse Clarus ibi, inquit valere donacionem causa mortis omnium bonorum, cum eam revocare possit donator tempore testamenti, & sic ex bonis suis testari, sicut si reservatis sibi aliquibus ex bonis ex quibus possit testari, omnia alia possit donare, quamvis futura & presentia donaret, ut infra dicitur. Hodie tamen ex lege nostra, quamvis presentia tantum bona donentur, non valet donatio, ex text. nostro clausulam prohibitivam, imo & quodammodo derogatoriam habente, prout in proposito tenet Villalo. in sua Antina. juris civilis & regii, littera D. num. 14. & Duen. regu. 2. 16. amplia. 1. in quo lex nostra noviter providit in derogacionem dictorum. Nam si esset donatio talis bonorum presentium & futurorum, nullo modo valebat etiam de jure civili, prout communem testantur Clarus & Duen. ubi supra.

Uterius & secundò ampliatur nostra conclusio ut procedat etiam per viam majoris fiet dicta donatio secundum Minch. de success. crea. tom. 1. §. 1. n. 32. ad fin. fol. 19. & Molin. de Primog. lib. 2. c. 10. n. 20. cum sequentibus pluribus, & à n. 9. incepti questionem.

Tertiò ampliatur dicta conclusio quod quamvis testator dicat, volo hanc esse meam voluntatem, quam promitto non revocare, sed si contigerit me revocare, vel aliud facere testamentum, ex nunc do omnia bona mea heredi instituo, adhuc non obstat dicta clausula, neque valida esset, ex eo quod tolleretur facultas testandi, & in effectu esset donare bona sua contra legis prohibitionem & quia donatio apposta in penam mutationis & testamenti non valet, ut per Telleium, in 2. part. l. 3. Tauri, n. 12.

Quartò ampliatur nostra legis conclusio quod quantumvis juramento talis donatio & firmata sit, adhuc nihil valet, cum bonos mores quibus testandi libertas innititur, evertat, item etiam quia juramentum & bona fides non firmant contractum nullum, non tam ratione utilitatis publicæ, quam & propter bonos mores conservandas, prout communem testatur Addis. Capella Tolosan. 382. & Villalo. in Arario. com. opi. littera I. numero 201. & 202. & novissime Molin. de Primog. lib. 2. cap. 10. num. 11. hic tamen patet ex dictis, quod contra bonos mores est tollere libertatem testandi & contra publicam utilitatem, quæ in condendis & conservandis testamentis versatur, igitur valere non debet talis donatio omnium bonorum presentium etiam si jurata sit, præsertim cum lex nostra prohibendo disponat, quo casu nullum est id, quod in contrarium fit, ut in nostra legis proposito inquit Due. in dicta regula 2. 19. in princ. & quod talis donatio etiam juramento non firmetur, communem testatus est Aymon. Cravet. relatus per Covar. in 2. parte. Rubric. de testam. num. 4. ubi plures allegat idem tenentes. Contrariam tamen opinionem tenet Anton. Gom. hic, numero 4. contrariis fundamentis satisfaciens, præsertim quod in donacione bonorum presentium non datur testandi privatio, cum de bonis post donacionem quæsitis testari possit, & sic cessat favor & utilitas publica, & bonorum morum interruptio, quod erat principale fundamentum contrariæ opinionis, neque versatur tunc eadem ratio, quæ in donacione omnium bonorum presentium, & futuro-

rum versaretur, in qua quidem magis communis erat opinio, ut attestatur Due. ubi supra, amplia. 2. per totam, quod juramentum nullum robur præstat, & Clarus, in dicto, §. donatio. questione 20. ubi & inquit quod tunc in totum annullatur donatio, sed in donacione omnium bonorum presentium tantum cessat hoc inconveniens utpote quia alia bona acquiri possunt, de quibus donans testatur, ideo nimirum si juramento firmetur, maxime si fructus sibi reservavit, prout & tenet Hippol. in præf. §. secundo. num. 60. & in §. diligenter. n. 76. cum sequentibus, & noster Gutier. in tract. de juramen. confirm. 1. parte. cap. 11. nu. 13. & Matienço, hic num. 8. neque negari potest, nullitatem nostri text. esse principaliter favore donantis inductam licet in consequentiam favor publicus versetur, quo casu non excluditur juramentum, quin donacionem confiteri secundum communem relatum per Additio. Capella Tolosan. ubi supra, & Anton. Gom. dist. men. 4. & Villalobos in dict. littera I. n. 202. præfundendum est vivere posse donatorem per tempus, quo possit augere bona & fructus colligere, secundum Molin. de Primog. lib. 2. c. 10. n. 23. in fine, & quia cessante ratione illa, ne quis privetur facultate testandi, cessare debet legis dispositio, & sic juramento vallari talem donacionem bonorum presentium, prout & voluit Clarus ubi supra, licet Molina, ubi sup. n. 12. lege nostra attentam aliquid velit, nam si reservata sibi aliqua parte bonorum ad testandum, & reservato usufructu etiam modico ad vitam, donatio omnium bonorum presentium & futurorum validatur juramento, prout communem testatur Clarus, ubi supra, vers. secundo principaliter, & Gutierrez, ubi supra, num. 14. cum sequentibus aliquibus, quod secus esset si solum sibi usufructum bonorum reservaret, ut de eo posse in vita disponere, quia neque tunc valet, & hanc etiam ipse Clarus, ibidem communem affirmat ex Cov. lib. 3. var. c. 12. v. 3. §. si. & Molin. ubi sup. n. 24. & 25. alio modo hoc intelligit, quod si ita est in donacione presentium & futurorum, à fortiori in donacione bonorum presentium tantum, cum de lucris & fructibus & bonis post quæsitis testari possit, & perhibetur validitatem donacionis juramentum interpositum & DD. relati per Covar. in 2. p. Rub. de testa. n. 4. contrariam asserentes communem si bene inspiciantur loquuntur in donacione omnium bonorum presentium & futurorum, prout licet videtur ex Abb. consil. 48. vol. 2. & ex aliis ibi allegatis per Covar. & sic quoad presentia tantum bona videtur loqui communem per Aymonem ibi relatum asserentem. Et sic teneo donacionem omnium bonorum presentium tantum juramento validari, quam novissime intelligo dum tamen talis donator moriatur post longi temporis intervallum & acquisierit bona ex quibus testari possit, secus vero si statim moreretur, vel post donacionem nulla bona acquisierit, ex quibus testari possit, quia tunc cum militet eadem ratio quæ militat in donacione omnium bonorum presentium & futurorum neque juramentum validaret tunc talem donacionem omnium bonorum etiam presentium tantum. Et ideo ad evitandum hoc periculum etiam in donacione omnium bonorum presentium, consulerem ut sibi donator reservaret aliquid ad testandum, vel quod dicitur Azaveda in Recopilacionem. Tom. III.

catur in donacione, quod si contigerit donatorem decedere nullis acquisitis post donacionem bonis ex quibus testari possit, adimpleatur testamentum, vel fiant suffragia necessaria pro anima ipsius donatoris si intestatus decesserit, & hæc est mea & nova & singularis cautela, & consideratio. Alias ampliaciones ad nostram legem videre poteris per Due. ubi supra. limitatur tamen primo modo nostra lex ex dictis si jurata sit donatio hæc bonorum presentium, cum declaratione supra per me relata & considerata.

Secundo limitatur, ut non procedat & si donatio fieret solum bonorum futurorum, nam cum presentia remaneant jure de futuro renuntiam possit, merito quod valeat argumento dictorum per Antonium Gomez, Tomo 2. cap. 4. nu. 2. 4. & per Gutierrez, in repetitione, cap. quomodo pactum, in principio nu. 20. cum decem sequentibus de pactis, in 6.

Tertio limitatur lex nostra ut non procedat quoties donatio talis est facta propter dotem, nam tunc valebit etiam si presentium & futurorum facta esset, secundum Duenas reg. 219. limitatio. 1. & voluit Antonius Gomez l. 11. Tauri, nu. 16. & 17. sicut & valeret facta Ecclesie, vel alteri pio loco, ut communem testatur relati per Gutierrez in dicto tract. de jura. confirmat. 1. parte, ca. 11. num. 7. & tunc secundum eum ibi numero. 8. causa pia teneretur alere dotantem, & hanc pia cause favore testatur communiorum Tiraquellus, de privileg. causa pia, privilegio 100. numero 1. & fin. & Villalobos in Arario, littera D. num. 167. & Clarus in dicto §. donatio. questione 20. vers. ulterius quæro, & hæc quoad causam piam tenenda sunt, quoad tamen declarandum est ut prodit quoties dos pia causa dici possit, nam regulariter non est, nisi mulieri pauperi fiat, secundum Tiraquell. in prefatione de privileg. causa pia. n. 23. & tenet Gutier. ubi supra, n. 9. & 10. & ipse & ego ante lectiones nostras communicavimus inter scribendum. Valeret tamen dotis constitutio etiam diviti facta omnium bonorum quoties tertio alicui fieret cum Berta contraheret, nam tunc valet, non quia pia esset, sed quia ex contractu oneroso facta, sed & adhuc tunc consulerem ut ad testandum aliquid relinquere, ut supra diximus.

Ultimo limitatur nostra lex non ut procedat in contractu oneroso ex quo aliquid & remanet penes contrahentem puta in venditione omnium bonorum tam presentium quam futurorum, nam tunc cum pretium remaneat penes vendentem, mirum non est si valeat, ut inquit Ant. Gom. Tom. 2. c. 2. n. 4. & Molin. dist. c. 10. n. 17. Alias limitationes decerpex ex relatis per Due. d. reg. 219. in fin. Et an in casu in quo & valet donatio omnium bonorum tenebitur donatarius respondere creditoribus donantis, vide decisio. 186. Capella Tolos. & ibi additio. & hæc pro hæc lege sufficientibus quibus remanet declarata.

## IN LEGEM NONAM.

Gratis & donaciones simpliciter vel ad vitam factæ consueti & reddituum regalia intra annum à die date hujus legis numerandum inscribenda sunt in libro rationum præpositorum agentium in rebus sub panis nostri text.

Tij

SUM.

## SUMMARIUM.

- 1 Lex ista non habet locum si per viam contractus onerosi donatio fiat.
- 2 Lex nostra non solum in factis donationibus, sed & in faciendis procedit.
- 3 Per legem privatio bonorum induci potest etiam nullo cambio dato.

Ibi, De oia qualquier manera. Intellige dum tamen sint per viam gratia, & donationis concessi tales redditus regii, secus vero si per viam contractus onerosi, quia tunc lex nostra non habet locum, prout ex ea clare patet, nisi aliud sit solum fieri, nam tunc id erit adimplendum, & idem si ex speciali iussione iubeatur.

Ibi, Que del dia de la data de nuestra carta. Idq; non solum in gratis & donationibus ante legem nostram factis observabitur, sed & in posterum faciendis, tum ne lex nostra superflua foret, tum etiam quia semper est in viridi observantia, secundum text. in l. Arriani. C. de heredi. & ibi Bart. & iterum in l. illicitas, in sine principii. ff. de offic. prae. tum etiam quia lex nostra expresse ita disponit, in vers. y de aqui adelante, & iterum in versiculo, lo qual mandamos que se guarde para agora y para siempre jamas.

Ibi, Muestran ante nos. Nam cum sit fundata regis intentio in contrarium debet titulum ostendi, ut dixi l. 2. tit. 1. lib. 4. supra.

Ibi, Ayan perdido y pierdan. Non est contraria l. 6. supra eo. quia hic per legem sic disponitur, & lege generali id fieri potest etiam in quacunque re vel jure quaeritis à jure gentium, atque etiam nullo dato ꝛ neque adhibito premio donatario, ut late per Deci. in c. qua in Ecclesiarum num. 21. de consil. & Parisi. consil. 1. num. 46. lib. 1. ubi citat Concor. & Matienço, hic in gloss. 1. & ex hoc clarius intelligitur legem nostram in donationibus meritis & in gratis loqui, non vero in contractibus, ut dixi supra in 1. glossa.

## IN LEGEM UNDECIMAM.

Donationes factae in fraudem collectorum & tributorum regiorum non valent.

## SUMMARIUM.

1. Fraus & dolus donantis clerico ex quibus praesumantur.
2. Lex nostra non tollit veras cessiones & donationes permittas fieri scholaribus ad alimenta & libros per patrem.
3. Fraus praesumitur in donatione omnium bonorum ex qua tertio praesudicium inferitur.
4. Alienatio quando censetur facta in fraudem fisci & quomodo fraus probetur.
5. Filius clericus vel scholaris in quem donatio fraudulenta facta est ad quid tenebitur.
6. Fraus & dolus an sint idem vel diversa.
7. Fraus praesupponit animum depravatum, dolus vero non semper, & sic differunt & habent se tanquam genus & species, ut ibi.
8. Forma procedendi contra fraudulentos donatores bonorum volentes tributa fraudare.
9. Verbum, si est lata sententia.

- 10 Alienationem fraudulentam habemus in jure, & itidem imaginariam & inter eas constituitur differentia.
- 11 Juramento non confirmatur alienatio simulata & imaginaria, adeo ut neque tunc relaxatio juramenti requiratur ad veniendum contra eam, ut ibi.
- 12 Juramentum debet habere tres comites.
- 13 Juramentum confirmat contractum nullum, ubi declaratur.
- 14 Simulatio sicut fraus conjecturis probatur, & ibi modos probandi eam refert Becinus.
- 15 Nobilis incarceratur in materia nostri text. si contra eum delinquit.
- 16 Fiscus an possit agere contra fraudulentum donatarium, facta prius excussione, ut ibi.
- 18 Lex nostra in quantum disponit donationem in clericum factam fraudulentam praesumi, an possit procedere de jure.
- 19 Clericus consentiens donationi in fraudem fisci facta tenetur in conscientia.

Ibi, A hijos clerigos. Sed nonne filiis etiam clericis licet donationes facere per parentes, praesertim ut quoad titulum talium donationum ordinentur, item nonne filii clerici per patres possunt meliorari in tertio & quinto, sicut ceteri filii laici, quomodo ergo hic prohiberi videntur haec duas assumptiones juridicae & verae praesertim cum disponatur in lege nostra, quod praesumuntur fieri in fraudem, igitur nonquam eis fieri poterunt, si dictum dicendum: Et pro solutione primo fatendum est dictas conclusiones veras esse & juridicas, fallere tamen quoties in fraudem & dolum alicujus tertii fiunt, & tunc fraus praesumitur, quoties omnia bona donantur, ꝛ ut inquit lex nostra, ibi de todos sus bienes: & idem esset si ex parte aliqua bonorum ferret, non tamen ad utilitatem talis clerici, vel filii scholastici, idque constaret puta quia utilitas rei & possessio ejus penes donantem remaneret, tunc enim censentur facta causa iudicii mutandi, quae reprobat in jure, ut in rubri. C. & ff. de aliena. judi. & sic in fraudem, imo & tota utilitas illius rei ad excludendam omnem fraudem debet pervenire ad clericum, vel scholasticum donatarium, & ideo si dimidia pars pertineret donanti & alia dimidia donatario fraudulosa praesumeretur, si totam vellet rem liberare à tributo, unde donans non debet consequi utilitatem pecuniariam ex tali re donata, ad excludendam fraudem, ex l. si fidejussor, in fine. ff. de leg. 1. ab eo, ubi Doctores. C. fideicommissi, notat. Rebus. in 2. tom. consil. Fran. tit. de cessio. actio. ar. 2. gloss. 8. & 10. & ut fraudibus obvietur lex nostra procedit, non vero ad tollendum donationes & cessiones veras & non fictas nec simulatas.

Ibi, Como d'estudiantes. Non tollit veras cessiones permittas fieri filiis scholaribus per patrem ꝛ ad alimenta & libros, per l. 8. tit. 7. lib. 1. supra de qua ibi allegavi Doctores plures, & praesertim Rebus. in d. tit. de cessio. ar. 2. gloss. 2. per totam, ponentem requilita, neq; procedit lex nostra ad tollenda privilegia scholaribus concessa, qui quidem à jure communi nullis tributis, tallis aut collectis ordinariis vel extraordinariis sunt obnoxii, neque ad ea tenentur, ut in Authen. habita. C. ne filius pro patre, & ibi Doctores maxime

ximè Rebus. in leg. 1. & 2. C. qui erat. vel profes. lib. 10. col. uni de. cons. Rebus. de privileg. scholast. privileg. 149. & hoc quoad munera personalia, non quoad patrimonialia, ut apparet ex dict. l. 2. Ang. & ceteri in §. item 2. lib. 1. ord. column. 75. ubi matriculae descriptum esse debere asserit, ut iis privilegiis gaudeat scholasticus, quae quidem per legem nostram eis non tolluntur fraude cessante, ut in gloss. precedente diximus, sed tunc demum cum fraus praesumitur, silent dicta privilegia.

Ibi, Donacion y transpacion de todos sus bienes. Idem in venditione disponit l. 59. tit. 5. partit. 5. ubi gloss. plura similia adducit: Ex donatione enim omnium bonorum in praesudicium tertii alicujus facta ꝛ fraus praesumitur contra tertium illum & in praesudicium ejus commissa, ex text. singulari, in l. omnes. §. Lucius. ff. de iis qui in fraud. cred. tradit Bart. in l. post contractum num. 2. ff. de donati: idem dicens in venditione, & Jas. in §. item si quis in fraudem num. 34. infra. de actio. probataque text. notat, ibi. Porque el derecho presume que lo hezo cautelosamente. Imo & idem dicendum est si majorem partem bonorum donaret secundum Bald. relatum, & secutum per Avenda. cap. 14. pratorum num. 30. versic. item alii limitant. lib. 2. & gloss. disse. in medio in l. 7. tit. sin. partit. 5. & per eundem Avendam in tit. de las excepciones, n. 57. in limi. 5. quod tamen intelligerem si filio ferret talis donatio per patrem, quoties filio pater donaret plusquam de jure posset, secus si id quod à jure permittitur donet, nam tunc non est praesumenda fraus, si cum effectu fiat talis donatio ita quod in donatarium transferratur dominium & possessio in donatarium clericum vel scholasticum nihil putet sibi reservandum, secus vero si sibi reservaret possessionem, vel usufructum, & vellet excusari à tributis ex persona donatarii, nam tunc nihil sibi prodesset, imo potius fraudulenta praesumeretur donatio, & sic intelligerem, legem 21. tit. per Avend. ubi supra allegatam, & dicta per Feli. in capit. Ecclesia, num. 10. de consil. & adeo tunc fraudulenta praesumeretur donatio, quod etiam si per actum fictum transferretur possessio in donatarium, non cessaret fraudis praesumptio, secundum Anton. Gomez, tom. 3. cap. 14. num. 4. versic. tertius casus est. Et vide Decium, in consil. 235. optime differentem, quando alienatio censetur facta ꝛ in fraudem fisci, & quomodo fraus probetur, & Franciscum Berium, consil. 72. num. 23. cum sequentibus. Sed quaestio est, ad quid tenebitur tunc talis filius clericus, vel scholasticus in quem dicta donatio fraudulenta facta est, ꝛ vel juris transfusio, & dicendum est quod tenebitur ad restitutionem fisco, vel ejus nomine collectoris aut locatoris ejus tributis, quod donator ex tali re solvere tenebatur, solutione tamen ejus alter liberatur, secundum Didac. Perez lib. 1. ordinam. col. 93. in fine, & tunc contra clericum coram suo iudice ager, & contra scholasticum coram suo, & quia hoc esset longum discutere, ne dici posset legislatorum in mellem alienam manum mittere, disposuit, ut contra donantem etiam agi posset, & merito, imo & ad expensas & damna tenebitur donatarius & donator, poenaeque arbitraria puniri possent. ex dictis per Rebus. in 2. tom. consil. d. tit. de cess. ar. 2. gloss. 12. & 13.

Avezudo in Recopilationem. Tom. III.

Ibi, Desviando los tales fraudes y engaños. Malitiam enim obviandum est, ut habetur in cap. 1. de immuni. Eccles. in 6. neque permittendum fraudem, aut dolum alicui patrocinari, sed an, fraudes y engaños sint idem, ꝛ quandoquidem text. non solum de eis mentionem facit, & dicendum quod non sunt idem, imo differunt, & ut differentia copulative in praesenti apponuntur, cum culpe natura sit inter diversa apponi, ex text. & materia in l. 1. ff. de Justi. & Jure, & sic in jure reprimus fraudem & dolum, sub differentibus rubricis, ut patet ex ritibus. ff. & Cod. de his qui in fraud. cred. & ff. de dolo, differuntque multipliciter prout licet videre ex gloss. l. 1. juris gentium §. sed si fraudandi. ff. de pallis, & gloss. fraude in l. 1. §. furti. ff. de iis qui notan. infam. de quibus glossis meminit Jas. numero 20. & Gometi. 9. in §. item si quis in fraudem, infra. de actio. & dicunt magis communiter quod fraus praesupponit ꝛ animum depravatum, dolus vero non semper, nam habemus dolum bonum, & dolum malum, ita dicit gloss. maxime gloss. in dict. §. sed si fraudandi, & ibi Alex. col. 2. dicit, quod ita est propria differentia inter dolum & fraudem, & hoc dolus bonum & malum probat l. 2. titu. 16. partit. 7. & secundum dictam differentiam fraudis & doli intelliges text. in l. aliud est fraus ff. de verbo. significat. & text. l. fraudis ff. de regu. jur. & text. in l. 1. §. non sint ff. de dolo, & hoc est quod tetigit Jas. num. 20. cum. 8. sequentibus, & Gometius, numero 9. in dicto §. item si quis in fraudem. Ex quo inferitur, quod fraus & dolus habent se tanquam genus & species, differuntque dolus à fraude tanquam genus & species, secundum gloss. 1. in d. §. sed si fraudandi & ibi Alex. colum. 2. Barba. in cap. 1. extra de commoda. & Gomet. d. num. 9. ex quo secundum eundem Gomet. ibidem, reprobat gloss. fraus, in cap. 181. dist. dicens, quod fraus potest esse sine animo depravato. Inferri etiam potest, an iudex teneatur servare fidem, quam dedit delinquenti de non puniendo eum si delictum fateretur, nam hic potest dari dolus bonus, de qua quaestione diximus in l. 3. tit. 2. lib. 1. supra, num. 13. & sequentibus.

Ibi, Ordenamos. Hic apponitur modus & forma procedendi contra tales alienatores ꝛ donatores bonorum suorum causa fraudandi collectas & tributa, quae ex bonis illis fraudulenter & dolose alienatis & donatis tenebatur solvere fisco & regio collectoris scilicet, ut agatur contra talem donatorem pro solutione tributorum ac si penes ipsum bona illa adessent, & contra eum & ejus bona fiat executio, quod si bona non habuerit, ejus persona incarceretur absque alia informatione, cum sola praesumptio fraudis à jure & lege nostra inducta, & apparente, & hic est ordo & forma nostri text. & superior & melior: Solet tamen aliquando agi contra ipsummet donatarium, non agendo contra eum directe, sed capiendo fructus pendentes ex bonis fraudulenter donatis, ac si in dominio donatoris adessent, & sub ejus potestate, & tunc si clericus, vel scholasticus donatarius se opponit & petit à iudice Ecclesiastico, vel scholasticus à suo conservatore ut procedant contra capientes & sublevantes fructus dictorum bonorum & contra iudicem laicum sic jubentem capi & sublevari, & decernatur

Tr 3 mandatum

mandatum in forma ut fructus restituantur & laicus iudex se inhibeat sub excommunicationis pena. laicus ipse iudex & partes conquerunt se coram Ecclesiastico vel conservatore dictum mandatum præbente, ut illud reponat & non procedat ulterius declinando ejus forum, & quod ipsi seculari causa remittat & appellando in forma & sic non fiet, & protestando auxilium de la fuerca, quod si Ecclesiasticus vel conservator nihilominus procedit, provisione ordinaria deducitur processus ad regiam cancellariam, ubi si de fraude constat, pronuntiat vim esse factam & quod omnia Ecclesiastica reponat, & admittat appellationem, & tunc ipsi seculares procedunt pro solutione dictorum tributorum, & sic vidi jam semel fieri, sed quia possit si de fraude non constaret, incurrere aliqua censura & excommunicatio, securiorem iudico practicum & formam procedendi à nostra lege designatam, & que frequentius utitur, & utenda est: Idemque generaliter servandum in quacumque re subtracta à publica necessitate per fraudem vel imaginariam venditionem, testatur Bart. in l. 1. C. de novi. non excus. lib. 10. relatus & secutus, per Benvenuto in tract. de m. cau. titu. de navibus 2. par. n. 3. pag. 247. in parvis.

9 Ibi. Seca ninguvo no. Verbum illud, *sea*, Latine, *str.*, executionem denotans, ut sic ipso jure talis fraudulenta donatio sit, tum quia verbum *fit*, est late sententiæ secundum Tiraquel. l. si unquam verbo revertatur num. 180. cum 6. sequentibus. C. de revo. don. præsertim cum sit adjectum verbum sequens, *dercho*, quod secundum eundem Tiraq. ibi num. 149. est late sententiæ, tum etiam quia pena hæc annullationis apponitur in præsentia circa bona neque alia adicitur pena, & tunc nimirum si late sententiæ sit, ut ibi per Tiraquel. num. 62. maxime cum dictio illa, *ninguna*, sit late sententiæ, ut ibidem nu. 243. & sic ex qualibet earum ponderationum lex nostra est late sententiæ, non vero ferendæ, & à numero 62. ponit Tiraquel. alias plures dictiones denotantes latam esse sententiæ, & effectus ex iis resultant, quæ & alios allegat Covar. in cap. possessio. 2. parte §. 6. num. 6. in princ. Et sic in proposito legis nostræ resultat maximus effectus scilicet, quod non est necesse petere annullari talem donationem & alienationem fraudulentam, neque agere revocatoria, prout requiritur in terminis tituli ff. de iis que in fraudem credit. ut inquit Tiraquel. ibi supra num. 455. Ideoque inferri potest donationem & alienationem hanc, de qua in nostra lege, potius imaginariæ alienationi quam fraudulente assimilari, nam in jure habemus alienationem *fr* fraudulentam & in fraudem factam, de qua loquitur titu. de iis que in fraudem credit. & text. in §. item si quis in fraudem, inst. de alio. & tit. C. ff. si quis in fraudem. Par. habemusque itidem alienationem imaginariam de qua in l. imaginaria venditio. ff. de regul. juris. & text. in l. nuda ff. de contrahen. emp. & text. cum gloss. 1. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. inter quas alienationes constituitur differentia, nam alienatio in fraudem facta & sic fraudulenta valet, & eget revocatione, ex text. in dict. §. item si quis in fraudem, & totum ritulum maxime, d. l. omnes §. Lucius. ff. de iis que in fraudem credit. simulata vero alienatio est nulla ipso jure text. in d. l. nuda, quam differentiam expresse ponit Bart. in l. post contractum num. 4. ff. de donatio. Iaf. in l. non dubium numero 5. C. de legibus, Gometi.

in d. §. si quis in fraudem num. 1. & 2. & Fran Betiam consil. 52. num. 32. cum sequentibus, quod usque adeo procedit quod quamvis juramentum inte. veniat adhuc tunc non confirmetur *fr* dicta alienatio simulata & imaginaria, secundum gloss. l. 3. C. plus val. quod agitur, quam ibi omnes sequuntur, & Iaf. num. 7. Gometi. 1. in dict. §. item si quis in fraudem, circa quam gloss. adde omnino Crotum in l. nemo potest num. 60. de lega. 1. Iaf. in authen. sacramen. pub. num. 42. C. si adv. vendi. & concivem nostrum Doctorem Gutierrez in dict. l. nemo potest. num. 383. pluralentem dicentes illam gloss. communiter approbatam, & nu. 394. ampliat ut neque tunc relaxatio juramenti requiritur, & num. 386. eam limitat uno modo, & fundatur dicta gloss. ex l. fin. C. de non num. pe. c. pervenit & c. quemadmodum, de iurejur. quod juramentum sortitur naturam contractus, cui adicitur, sed contractus simulatus est nullus, & est ac si non esset contractus, quia defecit consensus, igitur juramentum nihil operatur: Item quia juramentum debet habere tres comites, veritatem, *fr* iudicium & iustitiam. text. cum gloss. in r. *fr* si Christus de iurejur. de quo per Curti. juniorem consil. 141. num. 9. sed si contractus est simulatus & imaginarius deest veritas, ergo, licet contrarium in effectu velint. Bar. Socin consil. 33. vol. 3. & Alexand. consil. 36. num. 3. vol. 2. & Curti. Juni. c. 168. nu. 13. & consil. 110. nu. 15. & Ludovi Gozardi. ca. 69. nu. 16. in fine. quos reprobat Rebuff. in 2. Tom. consil. Franc. de restit. artic. 1. gloss. 8. nu. 10. *fr* 11. ubi per totum illam optima de simulatione dicit, neque obstat quod juramentum *fr* confirmat contractum nullum. C. licet mulieres, de iurejur. Authentica Sacramenta puberum. C. si adaver. Ven. ubi Gutier. num. 28. hanc testatur communem opinionem, quoniam procedit in contractu nullo de jure speciali, secus vero si de jure communi, ut conclusum fuit in decisio. 382. Capella Tolofan. vel secundo intelligitur dicta communis quoties in contractu datur consensus, secus ubi nullus datur, prout non datur in contractu imaginario & simulato, nam tunc juramentum nihil operatur, neque obstat quod juramentum est servandum ubi potest sine interitu salutis æternæ, quia verum est nisi juramentum annulletur eo modo, quo contractus principalis annullatur, & quoties datur subiectum & contractus in quo confirmatio adesse potest, in contractu tamen imaginario & simulato nihil partes contractantes agere volunt, igitur neque jurando, neque placet concordie Gometi, nu. 2. ubi sup. & Ant. de Burg. in cap. ad nostram. num. 39. de empti. & vendi. sed quoad nostram materiam sufficit scire quod contractus simulatus est ipso jure nullus & quod non est necesse agere revocatoria, igitur manifeste patet legem nostram aptam in simulatione quam in fraude loqui. Ad dicta tamen est notandum quod eodem modo præsumitur simulatio sicut fraus & probatur ex conjecturis sicut fraus, secundum Socin. in d. c. 83. & Alex. consil. 197. nu. 78. & 9. vol. 7. & Franc. Betium c. 52. nu. 49. ubi cum sequentibus prosequitur modos probandi eam & excusandi ab ea & in consil. 72. nu. 23. cum seq. alios describit modos probandi fraudem, & Gutier. in d. l. nemo potest. num. 402. & in hoc secundum Socin. ubi supra, nu. 3. veritatem multum arbitrium iudicis quandoquidem per conjecturas est fraus vel simulatio probanda: & in specie est alleganda & probanda simulatio, secundum Alex. c. 111. n. 1. lib. 3. Insuperque est ad vertendum

vertendum quod licet ipso jure per text. nostrum nulletur contractus, ad hoc tamen requiritur sententia declaratoria, ut diximus in l. tit. de as. contestationes, gloss. nunque non aya sententia, lib. 4. sup. ubi. Hæsta que de, Junctis verbis sequentibus, pero que no salga de la cárcel hasta que aya pagado, collige ex iis verbis, quod etiam talis donator fraudulentus *fr* live simulatus præstiterit bona libera pro solutione tributi & executione ejus, non est relaxandus à carcere usque dum realiter solvat, etiam si fidejussiones, de la huz, vel de saneamiento, præstiterit, quia lex nostra non contentatur nisi cum solutione reali, ad liberandum talem donatorem à carcere. Imo etiam si esset nobilis, incarcerationi posset, quia delictum commisit in alienando bona fraudulenter in clericum ut à solutione gabelarum se excusaret, que sunt optime limitationes ad l. fin. 21. supra lib. 4. & ad leges probantes nobiles non incarcerationandos. Sed an si vellet fiscus agere contra donatarium vel emptorem fraudulentum & simulatum *fr* poterit, & excludendo casum cum tributum est anuecum ipsi rei donatæ & alienatæ, quia cum in quencumque exemptum transeat res illa, transit cum onere illo, & sic sine dubio conveniunt possit donatarius, secundum quod dixi in l. 11. numero 8. titu. 3. lib. 1. supra in casu tamen in quo non esset res illa affecta tributo, tunc quia bona illa existunt penes tertium nullo modo contra eum aliquid poterit pro tributo illi nisi prius excussione facta contra donatorem, & ita videtur velle noster text. cum contra ipsum donatorem actiones dirigat, & quia de jure habemus quod tunc potest agi per creditores contra possessorem bonorum in fraudem alienatorum, cum alienator & sic debitor *fr* non habet unde solvat, secundum gloss. possessio, in d. §. item si quis in fraudem, ubi Iaf. numero 66. & 78. 80. & 81. dicens esse communem cum hac gloss. & Gometi. numero 38. pro qua est text. in l. 1. C. de revo. iis que in frau. cre. & in l. pen. C. eo. tit. & facit ratio viva scilicet quod ad hoc ut creditores possint agere, revocatoria requiritur quod sint damnificati, id tamen perspicere non potest, nisi constituto prius de inopia debitoris, secundum Bald. in d. l. 1. Iaf. numero 66. cum sequentibus, in d. §. item si quis, igitur habemus intentum: sed est pro complemento videndum an legis nostræ dispositio in quantum præsumit *fr* talem donationem & alienationem bonorum omnium vel majoris partis eorum fraudulentam ac simulatam in clericum factam censeri sustineri possit & procedere, nam habemus de jure, quod non potest lex civilis hanc præsumptionem inducere ut alienatio facta in Ecclesiam videatur fieri in fraudem fisci, vel tributorum ob idque esse invalidam, ex sententia Bald. in l. neminem numero 3. c. de sacro. eccles. & in authen. item nulla numero 4. C. de episcopis & cleri. & in consil. 28. lib. 2. & est communis secundum Iaf. in l. placet, l. 2. numero 21. c. de sacrosan. Eccles. Minchaca de successio. crea. §. 10. num. 658. lib. 1. est gloss. el. Rey. in l. 55. tit. 6. parti. 1. adeo ut neque indrecte per modum præsumptionis id possit fieri, ut per Minch. ibi, & facit l. 3. tit. 3. supra lib. 1. & l. 11. eo. tit. ubi numero 11. dixi non posse fieri ut omnia prædia sint tributaria propter alienationes in clericos faciendas, ut contra Bar. est comm. opin. secundum Iaf. in d. 2. l. 1. placet numero 21. Feli. in cap. Ecclesia sancta Maria numero 76. de consil. &

ibi. Dec. numero 51. & gloss. in d. l. 55. Duenas reg. 100. limi. 9. Didac. Perez. lib. 1. titu. 3. lib. 2. ordi. eolum. 90. in fin. & sequentibus, non enim præsumitur in fraudem fisci facta donatio rei propter quam donans solvebat tributum, ut l. non ex eo. C. de evictio. gloss. in princ. inst. de usucapio. gloss. in c. sanctorum de præscrip. & in c. si diligenti, verbo, bona fide, & in c. quoniam omne, eo. tit. & l. merito. ff. pro socio, ubi probatur delictum non esse præsumendum, & præsertim in Ecclesiis & Ecclesiasticis personis, igitur lex nostra procedere non potest & contra libertatem Ecclesiasticam est: quod tamen credendum non est conditorem ejus velle, & ideo dicendum est legem nostram non disponere quod ex eo quod alienatio & donatio in clericum facta sit, præsumatur in fraudem fisci facta, quod est quod dicti Doctores dicunt esse contra libertatem ecclesiasticam, sed solum fundamentum faciendi super præsumptione juris, quæ est quod tributarius donans omnia bona sua in fraudem fisci censetur alienasse, quod hac de causa si in clericum alienet vel donet, sit nulla, prout de jure ante erat, & sic caute lex nostra relaxaverit. Non vero dixit, *porque declaramos* dixit. *Porque el derecho presume que le hizo causar cautela*, & sic cessat dictum obiectum, prout voluit gloss. in d. l. 55. verbo, el Rey, titu. 6. parti. 1. & Minchaca ubi supra numero 657. Didac. Perez. ubi supra col. 90. qui ad finem col. 93. inquit clericum consentientem donationi in fraudem fisci factam ei, teneri in foro *fr* conscientie fisco tributata solvere si particeps fraudis fuit, liberari tamen si per debitorem solvatur, prout in hac lege diximus, & Matienço hic gloss. 5. num. *fr* sic etiam voluit dissolvere dictam objectionem nostræ legis.

IN LEGEM DUODECIMAM.

Nulla gratia aut donatio fiat alicui persona de Indis, neque exteris à regno in Indiarum locis contractare possit.

SUMMARIUM.

- 1 Indii servi fieri non possunt.
  - 2 Exteris prohibita remissio.
- Ibi. De indios Intellige ut ne servi fiant prohibetur eorum donatio, nam servi fieri *fr* non possunt ex l. 2. 1. Indiarum, qua est l. 1. §. titu. 8. li. 4. mei repertorii de Cortes, de quo diximus in l. 8. tit. 9. lib. 3. supra num. 4. vel ne ut vassalli habeantur ipsorum donatorum nam sunt vassalli liberi regis, ut patet in l. 20. tit. 8. lib. 4. dicti mei repertorii, & ita in effectu voluit intelligere, Matienço, hic in gloss. 1. num. 3. & 4. ubi num. 5. ad Indos Janaconas dictos id applicari non posse affirmat.
- Ibi Que ninguu e strangero. Justificari potest ex dictis per nos in l. 1. 4. tit. 3. lib. 1. supra ubi in fine ejus. hoc & quam plura alia cumulavi, *fr* exteris prohibita.

IN LEGEM DECIMAM TERTIAM

Nulli officii antequam vacet, est gratia aut donatio facienda, neque pena alicujus in totum vel in parte, usque dum sententia pena illius condemnatoria sit lapsa in rem judicatam: neque iidem bonorum camera regia nondum incorporatorum, neque aliorum bonorum regis nomine vel ejus corona regia petitorum super quibus non adit sententia lapsa in rem judicata.

ram est talis gratia & donatio facienda, aliter enim nulla est.

SUMMARIUM.

- 1 Importuna petitio sicut in Ecclesiasticis ita & in secularibus officiis reprobanda est.
- 2 Licentia per importunitatem obventa non est licentia sed violentia.
- 3 Concessio per importunitatem obventa nulla est.
- 4 officia nondum vacantia non sunt providenda ne detur occasio captandae mortis.
- 5 Argumentum est bonum de beneficiis ad officia.
- 6 Generalis etiam concessio officiorum nondum vacantium dari non potest, & ibi remissive multa mala ex hoc oriri solita.
- 7 Princeps si motu proprio penas & condemnationes nondum lapsas in rem iudicatam concordat, an valebit concessio.
- 8 Spectativa officiorum de patre in filium dari potest.
- 9 Concordia legis nostra cum l. 2. tit. 1. 4. lib. 2. supra.

Ibi, antes que vague, Ob evitandas molestias & importunas pteces petentium, ut inquit l. 1. C. de pet. bon. sub lib. 10. & in §. consideremus, Authen. de oriente & semisse, col. 3. & ne importunitate molestantur principes per singulos dies, formas scribere coguntur. §. ne igitur, ut facta noxia consistit. collatione §. & sicut importuna petitio super beneficiis vel honoribus Ecclesiasticis habendis simonia est. coordinatione l. 1. q. 1. c. 1. nam, de eta. & qual. c. 2. & 3. de concessio. preb. & super officiis & honoribus secularibus dicitur etiam ambitiosa importunitas & reprobanda c. fin. de refer. in 6. facit l. ambitiosa decreta ff. de decre. ab ordi. faci. nec interest roget quis perse. aut per alium, nam qui per alium facit est perinde ac si per seipsum faceret, & Bernar. ait ad Eugen. per importunitatem extorta licentia non est licentia sed violentia, & ut per Lucas de Penna, in l. multis, col. 1. C. de privi. agen. in re. lib. 11. & hac importunitas aliquando adest in petente, quia pluries petit, aliquando in curialibus vel magis nobilibus intercedentibus, aliquando est ratione potentie petentis, vel ad requisitionem mulierum, & hac est gravis importunitas, vel propter nimiam letitiam, & in unoquoque horum casuum concessio est nulla & ut advertit optime Rebuff. in 2. somo consti. Fran. ritu. ut benefi. ante voca. ar. 1. glos. 1. numero 4. cum sequentibus, vel prohibetur in presenti & in l. 3. lib. 7. infra. petitio & concessio officiorum nondum vacantium, ne detur occasio captandae imo neque optanda & mortis, contra l. fin. C. de pall. & c. 2. de concess. preb. & c. detestanda, eo ritu. in 6. l. stipulatio hoc modo concepta ubi Doctores. ff. de verbor. oblig. regula cancella, de imperantibus benefi. viven. ubi Gomez. & alii glossatores. l. 13. in fin. ritu. 5. par. tit. 5. nam de beneficiis ad officia bonum est argumentum & secundum Barto. in l. 2. §. data. ff. de opt. leg. Lucas de Pena, in l. amonas, de erog. mil. an. lib. 12. Palacios Rub. in repet. ca. per vestras. in prin. col. 2. imo neque debent promitti officia antequam vacent. c. 2. de concess. preb. §. quia prohibita concessione censetur prohibitum omne id per quod ad illam pervenitur. oratio. ff. de sponsali. late Rebuff. in proemio concordat. & in verbo alieni facti, & has rationes & alias assignat ipsemet Rebuff. in praxi benefi. de reprobanda bene. viven. imper. num.

6. cum 3. sequentibus pag. 337. idque expressus in officiis secularibus idem esse quod in beneficiis Ecclesiasticis dixit Bart. Soci. consi. 53. lib. 3. relatus per glosin. dist. l. 1. §. ritu. 5. par. 5. aded ut neque generalis concessio officiorum nondum vacantium & possit dari, ut arbitrat ibidem Socin. cum quo & bene contra Decin. l. finali. C. de pall. tener Matienzo, hic glos. 1. numero 2. dicens itidem voluntate glos. d. l. 13. dum in fine ad legem nostram se remittit, nam in generali concessione eadem militent rationes, quae in speciali, si bene considerentur, & sic idem debet esse jus & multa mala quae oriri solent ex praemotio dono officiorum, bonorum consilidorum refert Rebuff. in d. somo 2. d. ritu. ut benefi. ante voca. ar. 1. glo. 8. & ideo omnino est servanda legis nostrae dispositio.

Ibi. Ni de pena aliqua. Idem disponit l. 1. tit. 6. lib. 3. supra ubi diximus contra iudices capientes partes suas ex condemnationibus obventis eis, contra quos & contra Avend. ibidem relatum tenui multo antequam viderem Matienzo. hic in glos. cum & bene reprobandam & ideo hic non censio repetendum iterum.

Ibi. Pasada en cosa juzgada. Et sic quod appellatione non sit suspensa neque suspendi possit, nam per appellationem extinguitur iudicatum, l. 1. in fi. ff. ad Turpil. & quia potest dici male iudicatum, & ideo nihil debetur, l. eos. C. de appella. ideo dari non possunt neque concedi antequam poena & bona sint fisco adjudicata per sententiam appellatione non suspensam vel à qua non possit appellari, ut à sententia de revisita: Sed an si motu principis proprio fiat talis concessio contra legis formam valida \* erit, & Rebuff. in d. ritu. ut bene, 7. ante voca. ar. 1. glos. fin. inquit DD. in l. 2. C. de peti. bon. sub lib. 10. & in l. 3. ff. quod quisque iuris, tenere valere, ipse tamen ibi & optime contrarium tenet, nam licet tunc cesset ratio importunitatis, non tamen cessat ratio captandae & optandae mortis & quamvis una ratio cesset, si alia urget non cessat dispositio, ex text. & materia in §. assignatis, Inst. de nup. item & quia pars procurabit apponi clausulam motus propti in tali concessione, & eadem facilitate qua Rex donat, conscribere itidem faciet illam clausulam motu proprio, & quia lex nostra & illa l. 3. tit. 3. lib. 7. infra ita generaliter disponunt, ut omnia haec comprehendant, fallit tamen noster text. ex illa l. 3. in expectativis officiorum à patre in filios concessis, in quibus & nihil suspicari lex permittit, neque quod patet captabit mortem filii, neque optabit, nam nullus est amor qui vincat paternum.

Ibi. Que no ayen venido à nuestra camera y poder. Matienzo hic glos. 3. opponit contra hoc de l. 2. tit. 1. 4. lib. 2. supra dum ibi inquit probari quod receptor penarum fiscalium nullum jus recipiat ex bonis illis donatis antequam ipse eos receperit, eo quod ante exactionem donata fuerant per regem, & inquit Matienzo ipse, ita esse contrarium illam legem nostram quod nulla alia evasio dari potest, nisi quod lex nostra non potuit imponere legem ipsi conditoris, nec ejus successori, quin post legem quando liberit donationem penarum ante exactionem facere ut aliquando faciunt, & ponderat ad hoc verba illius l. 2. Y si acaciere hazer se merced de algunas condenaciones de penas de camera, & algunas personas antes que entren en poder del receptor. Quali dicat id non posse fieri debere, sed pos-

se fieri debere, sed posse quandoque id accidere. Ego tamen salva ejus posse assero nullam inter & has leges adest contrarietatem, nam lex illa 2. non probat quod ante sententiam lapsum in rem iudicatam possit fieri donatio bonorum aut nummorum camerae regis applicatorum, neque ullum verbum de hoc ibidem apponitur, & ideo secundum legem nostram est illa declaranda & intelligenda in illo versiculo, y si acaciere, ita quod licet bona talia applicata camerae nondum erant in potestate receptoris, tamen donatio eorum facta est ex lege nostra, erant tamen jam bona illa camerae applicata per sententiam lapsum in rem iudicatam, & sic nulla adest contrarietas, & verba nostri rex. ibi. que no ayen venido à nuestra camera y poder. Declaranda sunt ex verbis sequentibus, per sententiam lapsum in rem iudicatam, secus vero si per sententiam talem sint adjudicata, quoniam tunc, quia qui actionem habet ad rem ipsam habere videtur, satis dicuntur bona esse in camerae & Regis potestate, cum ab ea avelli non possint per sententiam aliam, & tunc quamvis reali traditione non sint in potestate receptoris, optime per legem donari possunt, neque hoc est censendum legem nostram prohibere, sed permisisse potius ex verbis sequentibus finalibus, que ad omnia praecedentia referuntur, dum dicit, Sin que primero sea dada sentencia contra los poseedores posada en cosa juzgada. Et sic nulla adest contrarietas in iis legibus supra dicto modo declaratis. Item quia verba nostri text. que no ayen venido à nuestro poder intelligi possunt ut nostra bona patrimonialia dicantur, ut inquit Rebuff. dict. 2. somo titulo ut bene ante voca. ar. 1. glo. si. versi. si tamen non vero quoad hoc ut donari possint, nam quoad hoc sufficit condemnationem lapsum in rem iudicatam.

Ibi. Sea en si ninguna. Et sic ipso jure nulla est, ut in praecedente lege diximus, ex verbo, sit, & ex verbo nulla, & idem in Francia reperitur statutum, apparet ex Rebuff. in d. ritu. ut benefi. ante voca. 2. somo consti. arti. 1. glo. fin. in prin. & per totum illum titulum. lex 14. iustissima est & non eget commentatione neque habet difficultatem.

IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

Ordo habendus in moderandis donationibus à regio vel in totum tollendis in presenti describitur, neque potest clarius & brevius sumari.

SUMMARIUM.

- 1 Nihil tam congruum quam ut res tollatur per causas, per quas nascitur.
- 2 Privilegium & gratia principis an revocari possit, & quid si ad beneplacitum fiat.
- 3 Donatio & gratia per servitium post sequentia principis donanti facta efficitur remuneratoria, quod secus in aliis donatoribus, ut ibi.
- 4 Liberalitas principis franco non sibi ubi declaratur.
- 5 Rex immoderate donans peccat, & ideo potest immoderatas donationes restringere, ut ibi.
- 6 Donationes tempore belli factae tempore pacis reformanda sunt ubi & ipso jure dissolvi inquit.
- 7 Tutoris regis non est danda decima.
- 8 Donatio an valeat facta inter personas non prohibitas etiamsi merita non aequivalent, ubi declaratur. Azevedo in Recopilationem. Tom. III.

9 Natura donationis remuneratoria est ut merita ipsa excedere non debeant, & ibi quid consideratur ad excessum hunc.

10 Donatio remuneratoria qua requisita habere debet.

11 Datum ultra pretium donatum censetur.

12 Subscribens schedula vacua non tenetur, nisi ut ibi.

Et hic nostri text. ordo jubetur servari in l. 17. infra eod. ut apparet ex ejus marginali subscriptione licet corrupte allegerat pro lege 17. & fuit lex nostra condita propter donationes à Rege Henrico IV. factas de quibus in l. 4. supra hoc rit. dictum etiam est, & propter alias itidem factas à conditoribus nostrae legis in sua coronatione.

Ibi. Por sola voluntad. Nullo admitto meritum respectu nam sicut sola nuda voluntate fuit concessio facta, sic & eadem voluntate tolli poterit, cum nihil tam consentaneum quam quod per eandem causas quid tollatur \* per quas nascitur, ut in propositum inquit Innocen. in cap. cum ad monasterium, de statu mona. & Abbi. in cap. intellecto numero 2. de iurejurand. & Loazes in allegat. de multa in respon. ad 5. & 6. fundament. n. 2. & sequentibus. Imo & successor illius, qui concessit privilegium & gratiam dictam possit illam & revocare, secundum Alber. relatum & secutum per Affl. decis. 392. n. 10. & 17. nam ut in hoc titulo dictum est, donatio subdito per principem facta potest per eum absque causa revocari, ut per regulam & limitationes prosequitur Felin. in c. novit n. 10. 11. & 12. de jud. maxime, secundum Affl. ubi supra cum gratia principis finita est per tempus concedentis, de quo Affl. ibi. num. 18. & sequent. plura dicit, Imo & secundum Capit. decis. 116. per totum, principis privilegium ad beneplacitum ejus concessum, princeps ipso concedente, mortuo per adventum sui successoris spirat, ubi & tractat Capit. an privilegium ad beneplacitum concessum possit absque causa revocari iusta: Ex quo per nostram legem inquit Molina, de primog. lib. 4. cap. 3. n. 20. post jam regem privilegium ab eo concessum absque causa revocare contra quod allegat quandam legem fori, & indecimum reliquit, sed praecedit lex nostra in principio quoties sola voluntate, & sic ad beneplacitum regum fuit concessum, vel ex suggestionem eorum cui concessum fuit, vel excessit meritum condignam satisfactionem, & in aliis casibus in lege nostra descriptis.

Ibi. Siervion despes. Quasi tunc donatio ante facta non in sola voluntate jam consistat & fundetur, sed & in meritis post eam \* principi tali factis, pro quibus post nulla satisfactio fuit facta, quod in principis donatione ex lege nostra speciale est pro conservanda principis voluntate, & praesumptione juris & hominum, quod principum est remunerare benemeritos erga eorum servitium, cum aliis de jure sit, quod donatio remuneratoria praeterita non futura servitium respicit, secundum Tiraq. in l. unquam verbo 3. donatione largitus, n. 109. C. de rev. don. itidem quod secundum eum ibi. n. 71. donatio remuneratoria ob praecedentia merita censetur facta, quod secus est in principe, qui & faciendae servitii respicit, & sic inquit in suis privilegiis & gratiis.

Por los muchos y leales servicios que nos avays hecho, y esperamos que nos herays.

Ibi, *Procuraron*. Oblunt enim & non profunt remedia procurata, ut diximus in l. 14. titulo 3. numero 1. libro 4. supra. neque debet quis ex malitia sua commodum reputare, sed panis potius.

Ibi, *Mandamos moderen*. Sed nonne Principis liberalitas facere non subest, & neque debet coardari. l. *in circa me*. C. de *prop. agen. in rebus lib. 12.* ubi absurdum & temerarium foret propter astutam interpretationem velle beneficia Principum recludere ad strictam interpretationem, quae jura, scilicet d. l. *in pen. C. de don. inter vir. & l. *in pen. C. de don. ad hoc allegat Thom. Gram. decif. 59. n. 49.* ubi n. 17. & 43. alia similia adducit, & fatendum est hoc, limitandum tamen quoties liberalitas illa principis ratione regulatur, secus vero si est immensa, vel damnoisa, quia tunc non esset liberalitas, sed fatua donatio, ut inquit Boer. decif. 23. num. 64. donatio namque & liberalitas facta non merenti est, ut inquit l. 18. tit. 5. p. 2. in *fin. Como el que guisa a juenonigo contra el*, quali dicitur est inimicum forficare contra te, nam & secundum l. 14. eod. tit. 5. p. 2. Reges ubi non convenit, donationes facere non debent: imò & peccaret Rex immoderate donans, & secundum Navar. in *manual. c. 23. n. 3.* ideo nimirum si lex nostra jubeat immoderatas donationes excedentes merita ad condignam mensuram meritorum restringendas, quod potest rex juste facere, ut per Pal. Rub. in *rubric. §. 69. n. 14.* ubi jura pro hoc allegat, & n. 13. inquit, in excessu tantum esse moderationem faciendam, non vero in alio: & hæc præsertim procedunt in donationibus factis à Rege Henrico IV. quæ tempore belli factæ fuerunt & durantibus dissensionibus & perturbationibus in suo regno, quæ quidem tempore pacis & reformandæ sunt, ex text. & ibi Bal. notante, in l. *unica in princ. C. de cad. tollen. & Barbat. cons. 1. incip. magnus psalmista. 6. & pen. columnis, volum. 3. & Tiraq. cessante causa n. 42. & text. in extravag. de pace Constant. verbo, bonos quoque, & ibi Bald. & Odofr. Imò & ipso jure dissolvitur factum tempore belli, secundum Barba. ubi supra prout refert Tiraq. ubi supra. Et sic ex hac excessiva donatione processit, ut tutori & regi non sit danda decima, prout late tradit Baer. de decima tit. c. 9. ubi ipse n. 17. 18. & 19. notanda verba in proposito refert.**

Ibi *De manera que respondan a ellos*. Sed nonne donatione facta inter personas non prohibitas, prout est Rex ob benemerita donans, valida est donatio etiam si merita non æquivalent, & ut consilii Dec. consil. 20. incip. in causa istorum fratrum, col. *in. vol. 1. & Loazes in d. alleg. de multa. in pen. fundamento pro marchione. n. 9. & 10. pag. 194. in fine, cum princ sequent. & Clarum in §. donatio q. 3. Et quidem fatendum est supra dicta esse vera, & quod servitia æquivalentia donationi præsumuntur, ut notant glos. & DD. in c. si quis qualiter 12. q. 2. quam refert & sequitur Jacobus de Leonar. in *vey consilia Alberri Brunii. 114. incip. Altissimi redemptoris col. 24. in princ. Cassan. cons. 7. & Marian. Socin. cons. 9. vol. 2. sed ob id in lege nostra juberi moderandas donationes de quibus in ea, eo quod factæ fuerunt in temporibus, ubi præsumitur non attendi merita, sed tur-**

bationes & dissensio regni sedari, vel ob nimiam lætitiarum tempore coronationis habitam, vel potentiorum preces, & tanquam factas temporibus iis periculosissimis moderandas esse lex nostra jubet, ut diximus in fine glos. præcedentis ex Baldo & aliis, vel dicendum est quod licet valeant donationes, non tamen quin si appareat, excessivas esse, non possint moderari, nam equidem poterunt, ut lex nostra dicit, est enim hæc natura & donationis remuneratoæ, ut merita ipsa excedere non debeat, ut probant text. in c. *ceterum, vers. data rei quantitas, de donat. c. ad hoc verbo moderato, & in c. relatum, vers. juxta servitii meritum, de ist. l. si sponsus, §. circa venditionem, & in l. sed si vir §. si duo, ff. de don. int. volunt communiter DD. in l. i. donatione. C. de donatio, & alii quam plures relati per Loazes ubi supra, in pen. fundamento pro marchione, pag. 191. & Rebus. in compendio de alienatione, n. 61. & Jul. Clar. lib. 4. recep. sent. verbo. donatio. q. 3. Pal. Rub. in repet. rubr. §. 50. n. 3. probat. l. 17. vers. Que non erant dignos de tanta remuneracion. infra isto tit. & iterum idem Pal. Rub. ubi supra §. 32. n. 9. nam in excessu est simplex donatio, secundum eos, & communis teste Claro, ubi supra & Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione largitius, n. 148. C. de rev. don. & latius quid sit considerandum ad excessum hunc & n. 106. intelligit hoc ut talia merita dicantur adesse, in illo, scilicet, qui ad ea non tenebatur, secus vero si teneretur ut filius & uxor, nam in eis nulla donatio remuneratoæ dari potest: illud est unum de requisitis ad hoc ut donatio remuneratoæ dicatur, quod quidem & alia requisita probanda & refert optime Bellon. consil. 74. n. 5. 6. & 7. in l. 3. supra eod. diximus qualiter merita probentur & quod arbitrium judicis in hac moderatione multum versatur, ideo effect bonum habere judicem favorabilem.*

Ibi, *Oviere alguna duda*. Nam ubi adest dubitas, & in dubitate opinio moderatio adesse debet, secus vero ubi nihil dubii adest, nam tunc moderatio non est necessaria secundum Pal. Rub. ubi supra. §. 69. num. 13. cum sequentibus aliis quibus.

Ibi, *En satisfacion moderada de buenos servicios*. Sed contra si bona servitia fuerunt, quomodo moderatur donatio ratione servitiorum facta, contra dicta in hac lege in glos. præcedente, & dicendum est quod ideo in hoc versiculo moderantur, quia non in ipsum Regem donantem facta sunt, sed in ipsos primos donatarios, qui de manu regis receperunt donata, tunc enim nimirum si & moderentur, quamvis in remunerationem bonorum servitiorum factæ sint tales donationes à primis donatariis renuntiantibus eas in secundos donatarios ipsi benemeritos, in quo maxima versatur liberalitas regis, qui servitia privatis suis impensa sibi reputat impensa esse & facta, moderanda tamen, quia ex importuna privatorum prece quasi semper obtinentur, & sic lex nostra in hoc versiculo de his donationibus loquitur, sunt enim differentes ejus dispositiones, sicut differunt in orationibus & verbis.

Ibi, *Por pequenos precios*. Omne enim datum ultra pretium, donatum & censetur, ut probat text. hic

hic clare in hoc §. & tradit late Tiraq. in d. l. si unquam verbo donatione, n. 1. cum pluribus sequentibus, & sic revocandum est restituto pretio, vel saltem aliqua satisfactione facta si consulerit de manifesto lucro in utilitate emptoris resultantem. Et intelligi pavum pretium esse in hoc versiculo considerandum, in quo adit læsio ultra dimidiam tempore emptionis, ex dictis per Tiraquel. ubi supra, numero 7. & ex versiculo sequente nostri text. incipiente, *Los maravedis de juro que se compraron por rasonables precios si se compraron del rey deven ser confirmados*. Quasi tunc cum liceat saltem in foro fori, licet non in foro poli, contrahentes ad invicem se decipere, nimirum si valida sit emptio, sed cum adest læsio ultra dimidiam tunc emptio retractatur ex text. nostro, secundum ejus formam in iis versiculis, *Lo que se compro por pequenos precios, adhiberem, & quamvis quadriennium sit elapsum ad agendum remedio legis 2. C. de rescin. ven. ex beneficio restitutionis admittitur rex ex lege nostra & ex l. fin. tit. 19. p. 6. qua de causa per l. fin. tit. 15. infra isto lib. jurebus & censibus justum pretium fuit constitutum.*

Ibi, *O firmadas en blanco*. Hic probatur manifeste, & in l. 17. infra eod. subscribentem se schedale & vacua non teneri ex subscriptione illa, nisi certioratus fuisset de iis, que in tali schedula essent scribenda, secundum Innoc. relatum & secutum per Suarez, in l. post rem, ampl. 3. legis regia n. 8. pag. 285. & ibi Addition. & Paul. n. 2. Jaf. 13. fol. 172. in l. si ita stipulatus. §. Chryzogenus ff. de verbo oblig. & hac ratione credo julum in l. 13. tit. 25. lib. 4. supra quod tabelliones prius legant partibus scripturam quam partes eam firmant.

## IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

Donatarius eadem forma, modo & tempore uteretur & fruetur tribuitis, redditibus ac impositionibus eis donatis, quibus rex donator utebatur ac fruebatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Monedas y pedidos, tempore necessitatis petenda sunt.
- 2 Rex solus & princeps utitur clausula Dei gratia si superiorem non recognoscit.
- 3 In successione regnorum solent reges non concedenda concedere, & sic nulla sunt.

Pro qua est videnda optima decisio 334. Matthai Afflict. in n. 1. 2. & 3.

Ibi, *En per juicio de tercero*. Imo potius superflue censenda sunt, quam quod ex iis præjudicium tertio inferatur ut in l. 2. titu. 14. supra præcedente lib. latissime diximus, alia per Matienço hic tacta in progressu hujus tituli dicta sunt.

## IN LEGEM DECIMAM SEPTIMAM.

Hæc lex justificationes describit, quare donationes à Rege Henrico IV. factæ moderentur & moderate sunt in l. 15. supra eod. & iterum in factis à catholicis Regibus Ferdinando & Elisabeth, tempore sue coronationis & hoc pro sumario nostre legis sufficit.

Azevedo in Recopilationem. Tom. III.

Ibi, *Moderadamente*. Pro horum verborum & nostre legis declaratione videnda sunt quæ diximus in d. l. 15. supra eo. ne bis eadem repetamus.

Ibi, *Demandar monedas y pedidos*. Quæ quidem tantum tempore necessitatis & petenda sunt, secundum text. in l. 8. in si. titu. 1. & l. 2. tit. 10. part. 2. ne forte si tempore in quo deficit necessitas petantur subitit excoati similibus periculis & exactionibus remaneant impotentes ad subveniendam regi tempore necessitatis, ut inquit d. l. 2. & ideo maxima cum advertentia debent reges in iis, sicut in aliis procedere.

Ibi, *Por la gracia de nuestro Señor*. Solus Rex & Princeps non recognoscens & superiorem potest uti hac clausula, ut optime inquit Rebus. in 2. toma. consil. Fran. titu. ut bene ante vaca. artic. 2. glos. 1. & Burgos de Paz, in prozimo legum Tauri. n. 31. & 32.

Ibi, *No eran dignos de tanta remuneracion*. Vide quæ diximus in l. 15. glos. de manera que respondan a ellos supra eod.

Ibi, *Ateny pequenos*. Vide dict. in d. l. 15. glos. por pequenos.

Ibi, *Firmadas en blanco*. Vide in d. l. 15. verbo, firmadas en blanco.

Ibi, *Mercedes excessivas*. Quæ quidem fatuæ jure optimo dici possunt, ut dixi in d. l. 15. in glos. moderen.

Ibi, *Necessidades*. Quarum quidem occasione & ipsi Reges Catholici nostre legis conditores plures donationes & gratias fecerunt, jureque optimo & eisdem rationibus, quibus & donationes Regis Henrici IV. revocantur, & revocandas esse asserbat. Palaci. Rub. relatus per me in l. 4. in glos. revocamos, supra isto titulo & libro.

Ibi, *Importunacion*. Et sic præter voluntatem ut diximus in l. 1. glos. 1. titu. 14. supra. lib. 4. & in d. l. 15. supra eod.

Ibi, *Despues que succedimos*. In quorum regnorum successione solent successores ob nimiam lætitiarum, vel importunitatem concedere non concedenda, & sic nulla sunt, ut per Doctores in cap. sicut in 2. de jurjurand. notat alios allegans Rebus. in 2. tom. consil. Fran. tit. de rescript. artic. 2. glos. 3. vers. pen. & fin. & ibi inquit quod intra annum censetur initio, & iterum in eodem tomo, titu. ut bene, ante vaca. artic. 1. glos. 1. num. 9. cum sequentibus, & Sylvam nupti. in tit. in dubio quomodo judi. num. 53. & sequentibus, & Loazes, in allegatio. de mala in respons. ad 5. & 6. fundamen. numero 8. & sequentibus pag. 307. in par. vii.

Ibi, *Menester madura deliberacion y consejo*. Nam ubi majus periculum vertitur, ibi cautius est est agendum, ut in c. ubi periculum, de electi. in 6. ubi glos. consulendum alia jura similia allegat.

Ibi, *Ciert declaracion*. Quæ in l. 15. supra isto titu. & lib. ponitur, & pro hac lege & toto titulo, ceteræ leges hujus tituli non egent declaratione.



# TITULUS UNDECIMUS

## De las Ventas y compras y retratos de tanto por tanto de patrimonio o abolengo



**I** hac sicut & alia rubrica continuanda est ad precedentem, & continuari potest, quia, cum superiori titulo actum sit de alienationibus titulo lucrativo factis, nunc consequenter & immediate in titulo nostro agitur de alienationibus ex titulo oneroso resultantibus, & cum in venditionibus detur retractus tam ratione communionis rei vendite, quam generis, ideo in simul materia retractus tractatur.

### IN LEGEM PRIMAM.

Remedium lesionis ultra dimidiam nostri text. & forma ejus in lege nostra describitur.

### SUMMARIUM.

- 1 Remedium lesionis ultra dimidiam ita venditori sicut emptori competit.
- 2 Rei appellatione immobilia, mobilia, semoventia, jura & actione comprehenduntur.
- 3 Remedium lesionis ultra dimidiam in omnibus contractibus bona fidei procedit, & sic habet locum in judicio familia heriscunda etiam si divisio sit facta, per artes ut ibi.
- 4 Remedium dictum etiam in locatione locum habet, etiam si finita sit locatio, ut ibi, ubi & in aliis multis procedat.
- 5 Remedium dictum an in transactione locum habeat, & quomodo nunc estimabitur, & n. 27.
- 6 Remedium dictum an detur contra tertium possessorem, ubi quid in emptore postquam res in alium alienavit.
- 7 Contrahentibus licet intra dimidiam iusti pretii ledere in foro fori non in foro poli.
- 8 Novus intellectus Auctoris ad l. in causa. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus.
- 9 Homines non ad bonum, sed ad malum proni sunt.
- 10 Articuli & interrogatoria qualiter concipienda in remedio hujus lesionis ultra dimidiam.
- 11 Testis in probando valore hujus lesionis debet reddere rationem etiam non interrogatus, potest tamen in ibi Index ex officio facta etiam publicatione testes interrogare de ratione.
- 12 Valor rei tempore contractus ad hujus lesionis remedium articulandum est, declarata ut ibi, &

- an ex affectione vel ex loco publico fori vel mercati deducatur. ibidem.
- 13 Testes debent se referre ad communem estimationem, alias nihil probant, communis contra communem, ubi declaratur.
- 14 Testes si non dixerunt de communi estimatione vel de tempore contractus possunt interrogari testes, non tamen super valore poterit iudex per inspectionem oculorum se informare, neque per estimationes probari, nisi ut ibi.
- 15 Onus rei vendite infixum minuit ejus valorem.
- 16 Vicinus malus diminuit valorem rei.
- 17 Lesio ultra dimidiam qualiter in venditore & in emptore consideretur.
- 18 Lesionem dictam adesse in uno nummo satis esse.
- 19 Lesio an probetur si testis dicas valere decem & plus vel ultra.
- 20 Renuntiari an possit legi nostra & similibus, ubi & an juramento confirmetur.
- 21 Lesio hac ultra dimidiam qualiter consideretur in venditione commoditatis rerum majoratus a vita vendentis.
- 22 Pretium justum quod regulariter dicitur.
- 23 Testibus discordantibus super valore quibus creditur.
- 24 Libellus alternationis licet de jure non admitteatur, admittitur tamen in hoc remedio lesionis ultra dimidiam.
- 25 Fructus an sint restituendi in hac lesione ultra dimidiam.
- 26 Lesio non datur rei consumpta nisi dolo deserit eam emptor possidere.
- 28 Minor an detur remedium hoc lesionis ultra dimidiam quoties Decretum iudicis intervenit in venditione.
- 29 Clausula & quod plus valet donat in instrumento venditionis apposita an aliquid operetur.

- 30 Lesio enormis an possit allegari in donationibus & contractibus gratuito.
- 31 Lesionis hujus remedium habet locum etiam in re vendita in publica subhabitatione etiam si adesse iudicis autoritas, nisi ut ibi in compulsi ad emendum vel in re vendita ab herede iusti restitutoris pretio ab ipso signato vel in conductioe gabellarum.
- 32 Actio hac lesionis ultra dimidiam quo tempore daret, vel in enormissima vel dolosa, ibidem, vel principi vel reip. aut Ecclesie.
- 33 Restitutio datur propter enormem lesionem etiam ubi juramentum adest, & non. 34. etiam si major factus ratificaverit.

**Q**uod quidem lex est ordinaria in iudiciis, facilis tamen ejus materia, & per Doctores exatis quam nostros satis declarata, quae omnia si in unum recludi vellemus voluminem esset longum & extra propositum, & cum praemanibus habeantur ejus commentatores puta Pantaleon de Creina. Menel. & Pinnelus, super l. 2. C. de rescin. ven. & Anto. Gom. To. 2. cap. 2. num. 22. cum pluribus sequentibus, & Covar. libro 2. Variar. cap. 3. & Grego. iam l. 56. tit. 5. per Villalobos, in communi opi. verbo lesio. per totum parum erit immorandum in ejus declaratione solumque necessaria pro textualium declaratione inferemus.

Ibi, *Q. conproador.* Nam ita est sicut venditori competit legis hujus remedium per ex. text. hic, & ex l. 50. tit. 5. part. 5. gloff. & communi in l. 2. C. de resc. ven. ubi Menel. num. 12. hanc communem testatur, in contractibus vulgaribus in l. 50. C. de fructi. & liti. expe. aequalitati enim jura semper favent, ut l. providendum. C. de postul. & l. si cum dies. §. pen. ff. de arbit. qua jura ad hoc allegat Segura, in tract. de bon. luc. conf. mar. numero 66. non enim debet claudicare contractus contra text. in l. Julianus. §. si a pupilla. ff. de alio. empt. & quomodo tunc respectu emptoris alicuiusmodi lesio, in gloff. lo que valio. istius legis videbimus.

Ibi, *De la cosa.* Sive sit mobilis, semovens aut immobilis, live incorporalis, ut jura & actiones, nam rei appellatione omnia haec comprehenduntur, cum generaliter ut hic apponitur, ut licet videre ex DD. maxime Rebuff. in l. rei appellati. me lib. 1. pagina 54. 56. Imo & omnibus contractibus bonae fidei lex nostra procedit secundum gloff. & omnes, in d. l. 2. C. de resc. ven. ubi Menel. num. 13. communem testatur, & quod hac de causa habet locum in judicio familia heriscunda, etiam si divisio sit facta per sortes, ut ibi per Menel. dicto. n. 13. itidem & in locatione, per eum nu. 13. etiam si finita sit locatio, per Pinnelum, in ea l. 2. & Ant. Gammam, decisio. Lusitana. 19. num. 1. fol. 35. ex quo ipse Menel. ubi supra nu. 12. cum sequentibus aliquibus, infert plura in quibus remedium nostrae legis & similibus locum habet, ut in conductibus herbeta vel quartas Episcopales, & in conductoribus gabellarum, & in contractu permutationis rei profanae, & an in pensionibus locum habeat, & in taxatione rerum dotalium & in aliis pluribus contractibus & rebus ibidem per Menel. proferunt, quae esse longum referre eum ibidem sint satis examinata. Et in contractibus stricti juris ibid. n. 21. cum Pinnelo, testatur veriore & receptiore esse, & locum habere, ex quo ibi n. 23. ipse Menel. in Azevedo in Recopilationem. Tom. III.

feret an in transactione locum habeat, & tenendum est quod sic, si est enormis lesio, & quomodo tunc estimabitur declarat optime Pinnelus, ibi. r. parte. nu. 12. & sequent. fol. 135. & Burgos de Paz. consil. 19. num. 27. cum sequent. & infra in gloff. y en los otros. latius id de transactione videbis, quae per ipsos videri possunt, ut ad alia transitum faciamus, & an si res est consumpta habeat locum remedium nostri text. in hac lege dicemus, & quid si res fuit alienata an detur contra tertium possessorem vide per Menel. ubi sup. numero 39. & Anto. Gammam decisio. Lusitana. 21. & Anto. Gomez, Tom. 2. cap. 2. numero 22. in medio, ubi declarat quid erit in emptore volente remedio hoc uti postquam rem in alterum alienavit an audiatur.

Ibi, *En mas de la mitad.* Ergo intra dimidiam licet, & sic restringatur dispositio text. in l. in causa la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor. disponentis licere contrahentibus naturaliter se decipere ut id verum, dum tamen non sit ultra dimidiam, nam intra eam licebit, ut contractus valeat, & non invaliderit, non tamen ut sit securus in conscientia emptor emens plus minus justo pretio etiam si intra dimidiam adsit lesio, ut per Covar. in c. possessor. 2. par. §. 7. col. pen. & Meneses ubi supra, num. 8. & 73. sed cum text. ille dicat, naturaliter licere invicem se decipere contrahentes, quos natura non obligat, non obligat conscientia, habemus tamen ut vides, in conscientia non licere in uno nummo decipere, quid igitur dicemus illi text. in dicto §. idem Pomponius. cui quidem multis modis responset Menel. ubi supra, numero 10. & 11. Ego tamen ultra eos aliter respondeo, scilicet quod per text. ille in dicto §. idem Pomponius, non intelligitur de jure naturali, neque quod ex natura liceat decipere, sed loquitur & exponitur verbum illud, naturaliter, illius §. de pessima naturali hominum inclinatione, ex qua id naturaliter homines introduxerunt, postquam meum & tuum & contrahendi forma sunt introducta, omnis enim aetas ad malum est prona. cap. omnis aetas. 12. quest. 1. vitiorumque imitatrix est natura & quotidie labitur ad delicta. c. 2. 20. q. 3. naturaliter enim homines non ad bonum, sed ad malum proni sunt per in proemio Clementinarum, & ibi Card. & ideo nimirum si haec considerans legislator, naturaliter dicat licere se decipere posse invicem contrahentes, vel intelligitur naturaliter licere, re ipsa, non tamen ex dolo, secundum glo. in l. gloff. 2. C. si adversus fructum, vel ut intelligit Diodac. Perz. l. 2. tit. 7. libro. 5. Ordinamen. pag. 181. colum. 2. Et ideo legislatores in praesenti & similibus juribus id permisisse dum tamen non sit ultra dimidiam, ne commercia & contractus cessarent, & tota machina contrahentium destrueretur, & quia ut inquit Additio. Capel. Tolos. 247. iudices temporales non curant de periculo animarum & jura in contrarium disponentia dicunt non fuisse admittenda. Sed va emptoribus & venditoribus invicem se decipientibus, quia in animae iudicio ob has leges non excusantur, neque excusandi sunt, ideo unumquisque vigilet & proximum non laedat, neque decipiat, quia durum & tremendum iudicium spectat. Sed ut ad materiam redeamus, leges nostrae ultra dimidiam decepto succurrunt ad restitutionem contractus